

5 6
CANTIONES
SVAVISSIMAE QVA=

TVOR VOCVM ANTE HAC IN
Germania nunq; editæ.

TOMVS PRIMVS



TENOR.

(237. f.)

MAGNIFICIS ET AMPLIS-
SIMIS VIRIS ERVDITIONE, PIETATE AC OMNI
Virtutum genere ornatissimis D. Consulibus & Senato-
ribus in inclyta Vrbe Erphordienfi. Dominis Suis per-
petua obseruantia Colendis.

 Ingulare Dei opus est in Hominum natura, intelligere vocum Har-
monias, quarum Varietate & dulcedine flecti animos ad virtutis amo-
rem, & ad moderationem non est dubium. Ideo veteres res maximas
Carminibus complexi sunt. Sic Orpheus, vt narrat Apollonius ad
citharam cecinit nascentis mundi originem, & Solis & Lunæ conuer-
siones ac Iouis Victoriā aduersus Titanas. Homerus Achillem inducit à pugna
redeuntem, non quidem amatorias cantiones, sed vel Deorum laudes vel clarissimo-
rum hominum Virtutes & præclara in patriam merita modulantem. Sic Græci in
Panegyricis conuentibus orationes canere soliti fuerunt, quibus eorum laudes celebra-
runt, qui in republica res præclare gessissent, vel pulchre occubuis-
sent pro patria. Hanc
Veterum consuetudinem nos imitari decebat. Sed ea nunc est ingeniorum peruersi-
tas, vt pleriq; huius diuinæ scientiæ dignitatem, non Solum meretricijs amoribus turpi-
ter de-

ter debonestent, Verum etiam ad libidinem suam & omnem turpitudinem traducere non vereantur. Quid enim aliud continent cantiones Gallicæ & Italicæ, quam molles & voluptuarias sententias, quæ cum cænentis tum audientis animum grauiter lacescunt. Et sane dolendum est, sæpe eas materias suauissimis numeris tanquam scenico meretricum habitu ornatas in publicum velut in theatrum produci, quæ & lectu sunt indignæ & teneræ puerorum ætati mirificè officiunt. Sed non debet Musicæ verti vitio, si quis re p̄se optima non optime vtatur. Nam quemadmodum non ob id incidendæ sunt vites, si multi inebrientur vino, Sed propius admouendi fōtes Ita si multi abutātur Musica, non protinus abiicienda est, sed potius adhibenda cautio, vt fiat Salutaris. Quare præclaram mihi hac in re operam nauasse videtur, vir & Poeta optimus Ludouicus Helmpoldus, qui admirabili ingenij dexteritate, plurimas Gallorum atq; Italoꝝ cantilenas ad meliorem canendi vsum conuertit adhibitis ijs sententijs, quæ & dignitate simul & grauitate non solum ad informandas puerorum, ad virtutem, mentes, & ad optimos conseruandos, alendosq; mores valeant plurimum, verum etiam ad pietatis rudimenta cum voluptate alliciant. Quo nomine illi non nostra modo ætas, sed omnis posteritas debet plurimum. Cum autem viderem has cantiones vel hominum iniuria, vel alia de causa aput plerosq; ita latere, vt æternæ obliuionis periculum subitura viderentur, volui eas quasi in certos fasciculos colligere, & in publicum emittere vt hac ratione ab interitu vindicatæ ex manibus puerorum excuterentur obscænæ quorundam

rundam cantiones, quibus quasi fædo quodam attactu contaminatur ætas puerilis, quæ,
quàm prauos animi morbos, velut angues enutriat, ipsa testatur experientia. Hunc
Verum Primum Tomum sub nominis vestri auspicio in publicum emittere volui, quem
vt benigne à me suscipiatis, submisso ac reuerenter à vobis Peto. Bene Valete.
Salueldiæ 28. Octobris. Anno salutis humanæ. 1575.

Leonhartus Schroter
Torgensis.



Pectoribus


I.



Ectoribus recedat, Pectoribus recedat, sollicitudo




pectoribus recedat pectoribus recedat sollicitudo non decet hæc uiros,



Cœlum Sperantes cœlum sperantes lætemur illo Deus protector est se Venerantum



lætemur illo Deus protector est se Venerantum laudes huic recinamus,



laudes huic recinamus.

A ij

Suspiret



S Vspiret corde, Quia Deo placere nequit homo ij.

ij. desuper uidebit ut misereatur

ij. Namq; Misericordia nunc opera=

tur ut reedificet quod corruerat ij.

qua nisi fulciamur non sunt solamina,
reliqua



reliqua magna delicta nostra sunt sed maior Domini semper in animo bonitas manet.





ij.

ij.



ij.




O pretiosa




Pretiosa lingua o pretiosa lingua ueritatis o pretio-
 sa lingua o pretiosa lingua ueritatis blasphemijs blasphemijs cares ab-
 ominandis blasphemijs cares abominandis quibus carere nisi quis
 optet leuem Deum facit putatue nullum quibus carere nisi quis optet
 leuem Deum facit putatue nullum putatue nullum.

Vnde



Nde Iudicibus datur potestas,

ij.



unde iudicibus datur potestas

unde iudicibus datur potestas ab




integri iuris ab integri iuris Deo perito non gratia corrumpitur nec



ere hunc æmulentur hunc æmulentur,

hunc æmulentur iudices Magistrum,



hunc æmulentur, hunc æmulentur,

hunc æmulentur iudices Magistrum.


B

Qui




VI uina fecit ex simplici liquore,

ij.




nunc adsit hic coniugiale dum celebrat homo festum, homo sanus moderatus,



inimicus Cyathorum qui pessundant & dementant heluones homo sanus moderatus



inimicus cyathorum qui pessundant & dementant heluones.






X costa sponsi

ij.

lateris sinistri

primam Deus



edificauit sponsam

edificauit sponsam

et hoc quidem suauem inter soporem



ita diui

nitus

obtingit uxor

hec ad sinistrum


latus semper adsit,



ij.

ut ex mariti corde non labatur

ij.



Sic sic

una mens et caro fiunt

duo

una mens et caro fiunt duo.

B ij

Turba



Vrba de Christo quod pharisæa sentit turba de Christo quod phari-




sæa sentit Davidis esse fi lium fatetur Davidis esse fi-



lium fatetur at Dominum at Dominum nescit at Dominum nescit homo quid hoc est




caro sola caro sola caro sola patet Spiritus autem caro sola caro sola



caro sola patet Spiritus autem Spiritus autem.

Dulce



caste loquentum impura loqui
 Vlce commertium, dulce commertium parce bibentum Apagesis, apagesis absque siti com=
 sacra canentum prophana cantu
 sese noscentum sublimiora



solens pudiciore iocantes ore exilaremur sic hodie,
 potans compressiore, libantes ore sic delectemur iam poculis,
 dignans sacratiore sonantes ore sic iubilemus hoc tempore,
 iactans modestiore loquentes ore sic gloriemur coram bonis,



nua sit lingua
 bria bonorum
 dicata soli
 rogatis modestas

ij.
 ij.
 ij.
 ij.

dulces inter sodales
 symposia uirorum
 sit lingua Christiani
 decet loquela Musas

ij.
 ij.
 ij.
 ij.

B

ij

Ades




des illuminator illuminator animorum ades

illuminator illuminator animorum frigemus & rigemus ad sacra

torpemus immitte vires ardentiores fac uigeamus amore spe fide

amore spe fide consolator amore spe fide consolator o consolator.

Beatus




Eatus ille qui periclitando
 Nam si fides habenda ueritati
 Nutare sæpius finit fidelem
 Dignas ei canamus ergo grates

ij.

ij.

ij.

ij.



non frangitur fido sed ore clamat
 miraculosum sentiet leuamen
 at porrigit Christus manum cadenti
 quocunq; terrarum loco moremur

Ihesu Ihesu professus
 Dolo dolo latrones
 Adest adest suprema
 Ihesus Ihesus per orbem

Ihesu professus
 dolo latrones
 adest suprema
 Ihesus per orbem



es redemptionem
 proprio peribunt
 fortiter sub hora
 regnat uniuersum

ij.

ij.

ij.

ij.

ij.

ij.

ij.

ij.

Omnia

Mnia plena omnia plena uis facisque Deus omnia plena,

omnia plena uis facisque Deus repleti repleti sumus & nos

esculentis, gratias agimus tibi datori, fac & in Caelis fac & in coelis

olim gaudeamus, fac & in coelis fac & in coelis olim gaudeamus.

R Umpe somnium fuga pigrum soporem fuga pigrum soporem

et expedi uoles quod expeditum olim uidens herum tuum reuersum quia

dixit ueniet uelocitate tanta tanta tanta tanta uelocitate quanta quanta nec

arbitraris uigil uigil uigil uigil ergo seruus esto uigil uigil uigil

uigil ergo seruus esto.

C

O Ihesu



Ihesu Christe mirabilis mirabilis mirabilis orator



o Ihesu Christe mirabilis mirabilis mirabilis orator in auribus defunctis



in auribus defunctis operaris, in auribus defunctis in auribus defunctis



operaris efficax & in uiuis peto peto sis nostris auribus ut audientes



& nos expergiscamur ut audientes & nos expergiscamur.


Cum



Um fit omnipotens

ij

rektor olympi cum sit omnipotens



ij.

rektor olympi

et iubeat rogare quæ uelimus

ij.


rogare



quid moramur rogare quid moramur promptior est in dandis in dandis quæ bona sunt



quam nos sumus in rogandis promptior est in dandis, in dandis quæ bona sunt quam nos sumus in rogandis.





C

ij

O mi






 Mi o mi o mi redemptor Christe Dei fili Christe Dei fili

 o mi o mi o mi redemptor Christe Dei fili Christe Dei fili me refer inter agnos

 me refer inter agnos tibi datos me refer inter agnos ij. tibi

 datos non non fera quibit his nocere tygris non ij.

 non fera quibit his nocere tigris.

Animam



C ij

Quis



Vis maior est Iohanne quis maior est Iohanne natus unq; nemo testante Ihesu




nemo testante Ihesu cuius ipse non ausus erat calceos, non ausus erat calceos



ligare cogita cogita cogita quid Deus sit quid sit Homo cogita



cogita cogita quid Deus sit quid sit homo.



Quicquid



Vicquid agit Homo transit ut umbra quicquid agit homo transit ut umbra nec
Hic dolor Vtilis ad pietatem hic dolor utilis ad pietatem a=



requies habetur nec requies habetur ulla mundi nec requies habetur nec requies habetur ulla mundi,
lubricis conuertit alubricis conuertit ad aeterna alubricis conuertit alubricis conuertit ad aeterna




ob uius est ubiuis ij. dolor dolor dolor nefandi lapsus obuius est ubiuis
pectora cruciata ij. fides fides fides quieta reddit pectora cruciata




ij. dolor dolor dolor nefandi lapsus.
ij. fides fides fides quieta reddit.

Esse



Spc bonum licet modo labores numine fretus auxilia trici




uerum si cogitaris olim olim olim olim uita correctionem auspicabor



transibit ætas tu male peribis uerum si cogitaris tandem tandem tandem tandem



nouam uitam Deo iuuante degam succedat ætas tu pie Valebis.



Christo



Hristo prudentiores ij. nos putamus Christo prudentiores



ij. nos putamus negat negat negat duobus inferuiri negat



negat negat duobus ieseruiri posse nos arbitramur ij. cum malis uersamur



nos arbitramur nos arbitramur cum malis uersamur perire perire perire non fatemur



perire perire perire non fatemur.

D

Quam



Vam dirus hydrops ij. inquinavit omnes quam dirus hydrops



quam dirus hydrops in qui navit omnes, etate cum crescente etate cum crescente



culpa crescit impuritas contagiosa turget impuritas contagiosa turget medice



Ihesu ij. ij. hydropis huius edoma tumorem



me dice Ihesu hydropis huius edoma tumorem.

Quid



Vid hœsitas rogare
Infirmus atq; pauper
Morbo iaces grauatus

ij.
ij.
ij.

Christiane
es timescis
atq; mœres

Quid hœsitas rogare
Infirmus atq; pauper
Morbo iaces grauatus



ij.
ij.
ij.

Christiane
es timescis
atq; mœres

Quid suspicare
Fame perire
Plane uereris

quid suspicare
fame perire
plane uereris

de remoto Ihesu
ne necesse fiat
esse derelictus



tu tu tu tu crede uoluntas est in Deo potestas est in Deo potestas tu tu tu tu




crede uoluntas est in Deo potestas est in Deo potestas.

D

ij

Adesse



desse nuptiales adesse adesse nuptiales non grauamur adesse nuptiales
 In æde comparemus in æde in æde comparemus & ui demur in æde comparemus
 In fide Christiana in fide in fide Christiana gloriamur in fide Christiana



adesse adesse nuptiales non grauamur atque requiritur ueste caremus
 in æde in æde comparemus & uidemur at mens forni secus nostra uagatur
 in fide in fide Christiana gloriamur at gloriæ nihil par operamur



Leto reijciemur & ex theatro leto reijcie mur ex theatro



tristibus in tenebris relinquemur ij.

O dulce



dulce o dulce Sacramentum ij. altaris almi
 o dulce o dulce Sacramentum ij. altaris almi quo sua
 uiscera dat Ihesus Christus Homini medicus ægro ij.
 utrenouetur atq; recreetur ea salute cuius non est finis ut renouetur
 atq; recreetur ea salute cuius non est finis. **D** ij. **Dulcis**

D Vlcis quies brevisq; conceditur uoluptas quies honesta fidasit comes uirtus comes
 uirtus libido turpis absit & liuor cedat & liuor cedatq; cedatq; luxus & artifex potator bonum uoluptas
 bonum uoluptas non homini sit summum sed illa ui tam dat beatiorē dat beatio rem.

ERFVRDIAE,
 GEORGIUS BAVVMAN,
 excudebat in foro Piscario Anno à
 salutifera incarnatione